



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 22. Jacobus I. Rex Scotiæ ex insidiis trucidatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

spicerent, dolose exitium sibi parari suspi-
 cabantur. Quapropter quin timoris sui
 causas serio discuterent, turmatim con-
 volant, atque adeo tumultuarie vasa col-
 ligunt, ut commeatum & tormenta, cum
 nec plaustra, nec currus, quibus ea im-
 ponerent, præsto haberent, hostibus re-
 linquerent. Nec promptius Duci fuit in
 arena consilium, quam fugientes, ne An-
 gli toto impetu in eos irrumperent, equi-
 tum suorum præsidio tueri, & post illos
 quoque obsidione soluta, gregatim cum
 suis auffugere; propria quoque ejus uxor
 ab incolis graves contumelias perpeti co-
 acta est. Post hæc Glocestriæ Dux, qui
 Caletum obsidione liberaturus, & Bur-
 gundum aggressurus accurrerat, Duce
 frustra in castris suis quæsito, Flandriam
 invasit, & quaquaversum arma sua con-
 vertit, totamque regionem, incolis com-
 muni consternatione afflictis, rapinis, fer-
 ro, flammaque devastavit.

§. XXII.

*Jacobus I. Rex Scotiæ ex insidiis
 trucidatus.*

Die vigesima Februarii hujus anni Ja-
 cobus I Scotiæ Rex a Gualterio
 Atholiæ Comite ejus Patruo regni am-
 bitione stimulado sub noctem proditorum
 more occisus est, viginti & octo vulneri-
 bus

Sæcul. XV.
 A. C. 1436.

Boet. l. 7. §
 Buchan. l. 10.
 § II. comm.

Q 5

bus

Sæcul. XV.
A. C. 1436.

Comm. Pii
II. l. I.

bus inhumana prorsus crudelitate confosus; Regina etiam, quæ corpore suo Sicariis objecto mariti vitam servare conabatur, duabus plagis affecta fuit: Æneas Sylvius, quem Cardinalis S. Crucis et Eugenii Papæ mandato, ut conjici liceret in Scotiam decreverat, ut pacem Anglorum inter & Scotos conciliaret, ad fumendum de Regis Sicariis supplicium Scotos strenue animabat; quapropter hi omnes capitali sententia damnati sunt, ac præcipue inter eos Gualterus Comes conjunctionis Auctor inter tormenta, quibus solido triduo publice excruciatuſ est, ferrea candente corona capiti imposta per Ludovicum Rex omnium proditorum appellabatur; tandem vero animam dolorum efflavit. Rex Scotiæ antehac Filiam suam Margaritam, renitentibus nequam Anglis, Ludovico postmodum Galliciarum Regi nuptui dedit. Successorem regni habuit Jacobum II. Filium, qui necdum septennium egressus die vigesima septima Martii Rex salutatus est. Verum Scotia Rege nondum per ætatem sui juris facta, gravissimis malis divexata fuit.

§. XXIII.

*Secundæ nuptiæ Catharinæ Anglorum
Reginæ.*

Maier Hist. In Anglia Catharina Regis Francorum
Fland. l. 16. Soror,